

alia vero quæ eundem gloria ac triumphis clarum, gentium dominatorem prædicant. Via ad hæc concilianda profecto subesse debet. Omnia porro in Christo Jesu sub duplice ejusdem vitæ periodo ante et post obitum ac regno ab ipso instituto apprime conveniunt. Facta ipsa patefaciunt rationem ejusmodi conciliationis, imo eam necessario exposcent, aliquin transactæ omnes fuissent epochæ a prophetis determinatae pro Messia adventu, quas vidimus omnes omnino desinere in Urbis ac templi eversionem non adimpletis iis quæ de ipso Messia prænunciata fuerant. Hoc ipsum viderunt veteres Hebrei, qui utrumque vaticiniorum genus, quæ sive humiliatatem sive gloriam futuri Messiae prænunciant, de Messia exposuerunt (a), tum Hebraeorum quidam posteriores dum duos Messias commenti sunt quorum alterum vocant Josephi filium, qui mala multa ac mortem cruentam patretur, alterum Davidis filium cui cuncta prospere succederent (b); cum tamen sacre litteræ ac universa iudei populi traditio non nisi de uno eodemque Messia loquantur, qui per adversa et mortem ad regnum esset perventurus, ut in Ps. CIX. 7. et Is. LIII. 10. 11. expresse dicitur.

Ad 4. N. juxta modo dicta. Præconcepte enim huius opinioni neque scriptura, neque sensus traditionalis ullo modo favent imo adversantur, nec nisi senioribus judaice reipublice temporibus superinducta est ex perperam intellectis vatum oraculis. Quare Christus Jesus omni ratione eam destruere aggressus est, et ad saniora principia Judæorum mentes imo et ipsorum Apostolorum, qui ea pariter imbuti erant, revocare curavit (c).

Ad 5. N. Hæc enim non sunt nisi biblicorum ac judaizantium protestantium recentiorum commenta, qui cum omnem impenderint operam ut in alium detorquent sensum oracula illa, quæ apertis verbis et crebro futuram Christi passionem prænunciant, et contra ipsius Christi Domini effata ac testimonia Matth. XXVI. 24. 54. Marc. XIV. 21. 49. Luc. XXIV. 25. seqq. 46. et alibi passim, non verentur affirmare altum esse in scripturis silentium de Messia passuro et morituro! Oportet profecto omnem exuisse pudorem ad talia effutienda pro Judæorum causa adversus Christum Jesum. Quod si interdum sive in psalmis sive in prophetarum libris Messias proponitur sub imagine potentissimi regis aut alia hujusmodi de ipso prædicantur, non aliud evincitur nisi orientalium more per ejusmodi emblemata ac symbola quæ in sensu incurvant et indoli illius populi maxime erant accommodata spiritualem Messiae gloriam ejusque regni obumbrasse veteres vates. Hanc vero sensum facta ipsa postulant, prout animadvertisimus; et adversarii biblii admittere debent nisi

(a) Cf. ib. Schöttg. c. V. Martini c. XVIII. cum obser. De Voisin.

(b) Cf. Petri Cunæi De republ. Hebraeor. lib. I. c. XVII. cum not. Joh. Nicolai in Thes. Ugolini t. III. p. 659. n. 2. Raym. Martini P. II. c. XI. §. 10. seqq.

(c) Cf. Jahn. I. c. p. 7. seqq.

si forte volunt christianismo nuncium remittere, cum non alia ratione antiqua illa oracula adimplete sint (a). Ad 6. Resp. I. contra facta nullam prorsus v. m conjecturas nostras aut ignorantiam habere. R. II. ex nativa hominum indole facile intelligi quomodo in præposteriori ejusmodi sententiam Judæi prolabi potuerint. Oraculorum cortici hærere pronum erat populo carnali, qui nonnisi temporalibus commodis et gloriæ inhibabat, et oculos avertere ab iis, quæ iisdem adversantur, prout et nos nobismetipsi sepe blandimur cum gravibus præsentim ac præsentibus malis urgemur. Exemplum hujus agendi rationis in seipsis Apostoli exhibuere, qui quoties Jesum Christum de regno suo disserentem audiebant, patulas toties aures præbebant, at cum ipsis loqueretur de adversitatibus aut de sua passione, nihil horum intelligebant, et absecondebitum erat ab eis hoc verbum (b).

Ad 7. D. Juxta nativum ipsorum dictorum sensum quem a Christo et Spiritu Sancto edicti acceperant, C. per accommodationem ut contendunt neoterici biblii N. Apostolis enim Christus aperuit sensum ut intelligenter scripturas, ut legitur Luc. XXIV. 45. et Spiritum S. contulit, qui doceret eos omnem veritatem. Si vero cum Judæis res sit, reponimus, et ipsorum majores de Messia prophetarum oracula intellexisse, quæ ipsius passionem et mortem prænunciabant, ut ex dictis patet.

Ad 8. N. etenim messianæ hujus loci expositioni faveat 1. traditio vetustiorum Judæorum (c), cuius quidem traditionis auctoritas eo pluris facienda est, quod messiana explicatio opponeretur populi conceptui ex que facile explicatur ortus tardioris non messianæ expositionis. 2. Citatio hujus prophetie in N. T., que non solum confirmat messianam hujus loci expositionem tunc temporis viguisse, sed præterea certo eam unam ostendit esse rectam; hæc enim fulcit ex Lue. XXII. 37, ubi Christus dicit vaticinia quæ seipsum respicerent complenda, ad finem preparare (d) adeoque et adimplendum illud: Inter

(a) Talis sane est ecclesiæ Christi triumphus, dilatatio et gloria ut societas nulla ei comparari possit, quæ per universum terrarum orbeh excrevit ac potentissimos principes ac florentissimos populos insinuum collegit et fructus sanctitatis uberrimos quovis tempore protulit ac profert. Recolantur quæ scripsimus tract. de Vera relig. P. I. n. 370. seqq.

(b) Matth. XVI. 22. XVII. 22. Luc. XVIII. 54. etc.

(c) Auctores qui vetustiorum testimonia in Lue rem colegerunt superius jam citavimus, quibus addi possunt I. H. Michaelis, Hulsius Theol. Jud., Grahe Note ad Spicileg. patrum t. I p. 562. Hulsius *Nucleus prophetie*. Lugd. 1685. p. 668. seqq. Danz in Meuschenii N. T. ex Talmud. ill. p. 856. Eisenmenger Judaismus detectus P. II. p. 758. Calvini Bibl. Ill. P. II. p. 249. seqq. Hornbeck. Cont. Jud. p. 249. 556. Ray. Mart. Pugio Fid. p. II. c. IX. XI. XII. etc. Cf. etiam diss. ejusdem cit. Danzii: Judæi proprio gladio jugulati, in Thesaur. Dissert. theologico-philolog. Amst. 1701 t. I. p. 779. tum Pauli Slovogti de Morib. et doloribus Messiae ad c. LIII. Is. ib. p. 774.

(d) Καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐποῦ τέλος ἔχει ἀτενίαν εἰς τὰ περὶ με, σινει ἀπό τοῦ πατέρος τοῦ Ιησοῦ καὶ αὐτοὶ τοιαὶ εἰς τὰ περὶ με.

iniquos deputatus est, (a); Christus igitur hoc vaticinium iis adnumerat quæ de sua passione agebant ideoque tam certe hoc est messianum, quam certum est Dominum nostrum veritatem scire potuisse, ac dicere voluisse. Nec improbabiliter asseritur Christum dicentem secundum scripturas se pati ac mori debere, præsertim hunc locum inuere. Nam et adversarii concedunt de patiente ac pœnas luente Messia doctirinam, si quo in loco V. T. haberetur, hoc in loco contineri. 3. Philippus Act. VIII. 53-55, ad interrogationem Eunuchi, de quo agat hæc prophetia, de Christo explicat ac totam instructionem suam super illam extruit. 4. Apostolus Petrus verbatim loca præcipua hujus vaticinii de morte expiatoria Christi affert (b), quod et alii scriptores N. T. passim præstant (c); inserviebat enim hic textus themati apostolicæ relationis de morte Christi (d). 4. Id postulant characteres subjecti ejusdem vaticinii, qui nemini nisi Messia personæ convenire possunt, cujusmodi e. g. est expiatoria ipsius mors, et redemptio quam propheta tanquam effectum et fructum passionis Messie exhibet, et quidem passionis hujus circumstantias describens sub forma sacrificii (e). Subjectum prophetie vice nostra passiones suas suscipit libere (v. 10); aliena peccata innocens perfert (v. 4-6. 9); passione sua evadit efficiens seu meritoria causa justitiae populi (v. 11) tacitus item ac patiens ejusmodi dolores tolerat, me in amaritudinem contra auctores dolorum suorum exurgit (v. 7). Quæ quidem notæ tales sunt ut neque cœtui prophetarum multo minus judaice integræ nationi, prout adversarii autem, ullo modo convenire possint, ut omittant violentum omnino esse continuam allegoriam adeo protrahi, quin lectores admoneantur, et eius nullum exemplum suppediat hebraica litteratura; quæque potius excluditur ex eo, quod huic subiecto tribuantur omnia, qua singulari individuo competent, vocatur enim, vir eidemque adscribitur anima, et mors ac sepulcrum (f).

(a) Ut autem pateat quo devenerint biblii rationales circa scriptorum sacrorum inspirationem, juvat animadvertere quod Gesenius opponat Marcus hæc verba prophete tanquam de Christo dicta, non posse in ore Christi, sed afferre quasi ex se in alia occasione XV. 28. Quasi nempe Marcus non potuerit etiam ex se illa afferre, quæ prius Christus ipse attulit.

(b) Cf. I. Pet. II. 21-25. et I. Pet. I. 19.

(c) Cf. Marc. IX. 41. Rom. IV. 25. I. Cor. XV. 3. II. Cor. V. 21. I. Jo. III. 5. in quibus omnibus locis aperta fit alusio ad c. LIII. Is. Adeo enim hoc ipsis et lectoribus suis notum erat, ut vel innuisse ipsi satuerit.

(d) Quod tandem Gesenius ipse non sibi constans alibi fatetur scribens: Plurimi hebraei lectores, ideis de sacrificiis et substitutionibus assueti, necessario ita hunc locum (cap. LIII. Is.) intelligebant, nec dubium est, apostolicum conceptum de morte expiatoria Christi presertim hunc loco inniti.

(e) Sic e. LII. 15 adhibet vocem ην̄ asperget, et LIII. 10. ην̄ delictum seu victimam expiationis pro dicto. Cf. C. H. Winer Lexicon Hebr. Lips. 1828. ad voces ην̄ et ην̄.

(f) De toto hoc vaticinio cf. Hengstenberg Christologia p. I. sect. II. Berol. 1829. p. 564. seqq. ubi ip-

PROPOSITIO II. — *Judicium in causa Christi Jesu a Judeis latum fuit iniustum in se, illegale in formis judicariis, sævum in executione, novumque suppediat divinae Christi missionis ac messianæ ejus dignitatis argumentum.*

Hæc propositio est adversus Salvador, qui ut præmonitus ex Orobio præcipua sua argumenta deponit ad Judeorum causam propugnandam in judicio adversus Christum lato, nec de suo adjectit nisi fucata aliquot argumenta ad hujusmodi paradoxum incautis facilius persuadendum. Tria igitur statuit, ac primo judicium istud æquissimum in se fuisse, eo quod judices Jesu applicaverint codicis articulos Deut. IV. 15. et XVIII. 20. quibus morti addicitur quicumque ausus fuerit vel annuciare deos alienos, vel loqui ex nomine deorum alienorum; rursum latam in Jesum sententiam esse contendit juxta formas judicarias tunc vigentes; tertio demum Judæos ab omni sævitæ et crudelitatis nota purgare satagit, eam in milites refundendo, qui ex arbitrio ac præter judicium mentem in sententiæ executione modum excesserunt (a). Tria pariter sunt propterea a nobis constituta ad 1. citatos articulos ex Deut. Jesum non afficere; 2. non solum neglectas sed proculetas prorsus fuisse, in Christi causa, formas judicarias, quæ tunc obtinebant; 3. demum Judæorum processus ac judges causam præcipuum extitisse crudelitatis quam Christus sustinuit. Sic enim non modo adversarium pessimæ cause patricinatorem fuisse ostendemus, sed novum præterea argumentum inde eruemus ad vindicandam Jesu Nazareno Messiae dignitatem.

Judicium itaque istud in primis in se spectatum fuisse penitus iniquum eo ipso evincitur, quod legis articuli ex Deuteronomio adducti casum nostrum minime spectent, nec nisi injuste pœnae in eis statutæ Christo Jesu applicatae fuerint. Quod ut probe intelligatur juverit eos prout jacent integros præmittere quales ab ipso adversario proferuntur. Sic igitur legitur Deut. IV. 15. « Custodite sollicite animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis.» Ac rursum ib. XIII. 1. seqq.: « Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, et prædicterit signum atque portentum, et evenierit quod locutus est, et dixerit tibi: eamus et sequamur deos alienos quos ignoras, et serviamus eis: non audiens verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester... prophetæ autem ille aut factor somniorum interficietur: quia locutus est, ut vos averteret a Domino Deo vestro; » tunc demum ib. XVIII. 90. « Prophetæ, qui arrogantis depravatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego sum egregie defendit adversus omnes anti-messianos interpres recentiores. Vid. etiam Jahn Appendix hermeneut. fasc. II. p. 40. seqq.

(a) Cf. Orobium in Amica collat. ad Limb. cit. in tertio Scripto n. VII. seqq. et Salvador Hist. des Institut. de Moïse t. II. liv. IV. chap. III. Jugement et condamnation de Jésus.

non praecepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interscietur. Ex his liquet duo interdici, idololatriam in primo texu, polytheismum in duobus reliquis, mortique addicendum eum, qui judaeum populum ad utrumque, vel alterutrum saltem crimen pellicere ausus fuerit, et a monotheismo abducere.

Jam vero qua fronte quave conscientia Orobius aut Salvador affirmare audebunt Christum Jesum ad ejusmodi crimina Judaeos propulisse, ut jure merito ei poenae decrete in citatis articulis infligi potuerint? Etenim Christus Jesus monotheismum totius doctrinæ suæ basin et fundamentum constituit, nec alium Deum constanter prædicavit, quam Deum Abram, Deum Isaac et Deum Jacob; ab hoc Deo se missum constanter professus est, ad ejus sincerum cultum et amorem homines perpetuo excitavit, quem eis exhibuit ut amantissimum patrem: « Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum et quem misisti Jesum Christum (a). » Nemo bonus nisi unus Deus (b). Unus est Pater vester, qui in cœlis est (c). « Spiritus est Deus; et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare (d) » aliaque ejusmodi sexenta Christi oracula quibus referta est evangelica historia aperte evincunt tam longe eum fuisse ab idolatriæ aut polytheismi insinuando perverso dogmate, ut nemo unquam puriorum et augustinorem de summo numine doctrinam exhibuerit.

Equidem non infiior Christum Jesum semetipsum verum Dei filium prædicasse, id est, naturalem ac proprium, ejusdemque cum Patre substantiam, non autem latiori aliquo sensu; mysterium præterea Trinitatis modo obscurius modo apertius prout ferebat auditum in doles, proposuisse; attamen non præterea Deum carneum prædicabat, ut perperam supponit Salvador (e) multo minus inducebat aut pluralitatem deorum, aut Deum diversum ab eo quem Judæi colebant, cum ex Christi doctrina quam semper Ecclesia catholica ab eo edicta professa est, pluralitas personarum nulla ratione unitati divinæ naturæ officiat, aut summæ ipsius simplicitati. Quo spectant illa Christi ipsius verba: « Ego et Pater unum sumus (f) » Pater in me est, et Ego in Patre (g), aliaque ejusmodi, quæ arecanam quidem doctrinam ipsius fuisse ostendunt at institutioni mosaicæ ac

(a) Jo. XVII. 5.

(b) Marc. X. 48.

(c) Matth. XXIII. 9.

(d) Jo. IV. 24,

(e) Mais Jésus, inquit l. c. p. 82, en présentant des idées nouvelles, en donnant de nouvelles formes à des idées déjà répandues, parle de lui-même comme d'un Dieu; ses disciples le répètent, et la suite des événements prouve avec la dernière évidence qu'ils l'entendaient ainsi (audiant sociniani et rationalistes); c'était un horrible blasphème aux yeux des citoyens; la loi commande de ne s'attacher qu'à Jéhoval, l'unique; de ne croire jamais à des dieux de chair et d'os, ayant ressemblance d'homme ou de femme; etc.

(f) Jo. X. 30.

(g) Ibid. 58.

monotheismo minime aduersantem. Imo nec nova Iudeis ejus doctrina videri poterat, cum in mosaicis libris et scriptis propheticis nec pauca, neque obscura occurrant pluralitatis personarum in Deo vestigia (a), præsertim vero de identitate naturæ futuri Messiae cum Deo, prout constat ex omnibus illis V. T. locis, in quibus Messiae nomina divina, prædicta et officia proponuntur (b). Accedit doctrina traditionalis antiquissima Hebræorum de Metatron et Schechina, manifestatore Dei, et mediatore inter ipsum et mundum qui cum Deo a quo emanant ita identificantur, ut a se invicem tamen distinguantur (c), de quibus fuse in lib. *Sohar* (d) aliisque vetustissimis Hebræorum libris; nunc vero apud eruditos hoc exploratum est adeo, ut in dubium revocari nequeat (e). Hinc est quod evangelium passim exhibeat loquentes et audiētes Judæos modo de una, modo de altera Trinitatis persona tanquam de re cognita, ut Matth. I. 18. 20. Luc. I. 32. 53. et alibi passim. Christus igitur clarius solum evolvit quod in libris legis et prophetarum velut in semine includebatur, et Judæorum traditio antiquissima ac receptissima tenebat. Hanc suam doctrinam ingentibus, frequentissimis, quibusque obvitis miraculis confirmavit, que nec ab infensissimis hostibus ejus negabantur.

(a) Gen. I. 26. III. 22. XI. 7. Ps. II. 7. XLIV. 8. 42. ps. CIX. 1. Is. VII. 14. IX. 6. XI. 2. seqq. etc.

(b) Cf. II. cit. tum Mich. V. 2. Dan. VII. 14. 47. Malach. III. 1.

(c) Nonnulla testimonia hujus judaicae traditionis jam superius cap. I. indicavimus, quibus placet ad maiorem hujus oppido gravissimæ questionis confirmationem unum vel alterum adjicere documentum; sic in lib. *Tikkune Sôhar* apud Glæsener Theol. Soharica p. 87. legitur « Metatron est ipsissima Schechina, et Schechina Metatron Ichovas vocatur quia corona est decem Sephirarum. » Paria occurunt apud And. Danzium in Meuschen. N. T. ex Talmud illustr. p. 755. Edzardi tract. Berachot p. 252. Attamen alia loca ostendunt, quod Metatron et Schechina sub alia relatione distinguantur, et quod Metatron etenim cum Schechina identificatur, quatenus hæc in illo se recepit, et personaliter representabat. Ita in lib. Eschel Abramam apud Danzium op. c. p. 735. « Columna mediatis est Metatron, in quo appetit Sanctus ille in Schechina sua » et alibi apud Sommer p. 56. « Deus Opt. Max. ejusque Schechina sunt intra Metatronem, quippe qui vocatur Schaddai » ib. p. 57. R. Moses Corduero ait: « Schechina est inclusa in Metatron » Cf. Knorr a Rosenroth in *Kabbala denudata* Sulzbaci 1677. p. I. p. 578. ad vocem בְּנֵי־בְּנָה. Cf. etiam Scheftgen. De Messia I. III. thes. III. seqq. ubi luculentissima ex theologia veterum Judæorum testimonia proferuntur, quibus constat iuxta receptam traditionem antiquissimam Judæos non omnino tum latuisse Messiae personam Deum esse, a Patre ab eterno genitam, tum duplice constare debuisse natura in una persona, ceteraque omnia, quæ de Christo Jesu docent christiani; verum levissimus auctor quem impugnamus longe probabilius ejusmodi libros penitus ignorat.

(d) De hoc libro *Sohar* vid. cit. *Kabbala denudata* IV. vol. 4.

(e) Praeter auctores cit. cf. Hengstenberg Christologia V. T. in diss. de Divinitate Messiae in V. T. par. I. c. III. p. 215. seqq. cl. Drach Deuxième lettre d'un Rabbia converti. Paris 1827. Grotius De veritate. I. V.

998
13. et alibi. IV. In conciliabulis ad hoc institutis communi consilio ipsius mortem decrevisse Matth. XXVI. 5. 4. Jo. XI. 47. seqq. V. Corrupisse pecunia ipsius discipulum ut eum prodiceret Matth. XXVI. 15. et alibi. VI. Vix capti Jesu, inter se consuluisse seniores circa modum quo possent eum morti addicere Matth. XXVII. 1. VII. Ipsius judices fuisse ejusdem acerrimos hostes et accusatores Jo. XVIII. 13. seqq. VII. Omnia tumultuarie gesta esse intra paucarum horarum spatium, id est intra medium circiter noctem et mane subsequens ib.; religionem non fuisse nisi pretextum seu pallium quo se tegerent, ceterum eos Christum apud presidem accusasse tanquam malefactorem ib. 30, postea vero de criminis religionis Jo. XIX. 7. ac demum de criminis politico ib. 12. at absque testibus; IX. vim minis et clamoribus presidi intulisse, ut ab ipso quoquomodo extorquerent mortis sententiam ib. Jam vero nunc sciscitamus ab adversario an in his omnibus vestigium reperiat illarum judicialium formarum, quas ipse tam ambitiosi apparatu ac verborum lenocinio recensuit et exposuit, et an non potius contrariani deprehendat plane iniisse viam pharisæos aliasque Judæorum primores in Christi causa, omnesque juris formas posthabuisse et concilasse? Patet igitur non solum in se iniquum, sed illegale præterea in formis judicarii ab adversario ipso expositis, fuisse judicium in causa Christi institutum.

Reliquum est, ut crudele demum in executione ejusmodi judicium fuisse evincamus, quod prestare operosum profecto non est, si attendamus ad singula Christi passionis adjuncta. Ex his enim deprehendimus non solum milites et carnifex ex arbitrio sese gessisse in illusionibus et cruciatus quos ipsi Christo intulerunt, sed insuper ipsos pharisæos et sacerdotes immanem, qua agebantur, rabiem exercuisse. Nam I. ipsis nulla cura fuit de alapa Christo contra omne fas ac jus a ministro impacta Jo. XVIII. 21. seqq. II. Totam noctem Jesum dimiserunt ministrorum insolentiae ac voluntati, qui ut hæris suis gratificarentur indigna quæque in Christum excogitarunt ac moliti sunt, secus ac leges postularent Luc. XXII. 65 seqq. III. Idem pontifices supplicium crucis adversus Jesum a Pilato petierunt Jo. XIX. 6. 45. IV. Principes sacerdotum cum scribis et senioribus Jesu jam supplicio affecto insultabant ac illudabant, eumque amarissime deridebant, Matth. XXVII. 41. Luc. XXIII. 35. que omnia si savam crudelitatem non sapiunt, quid tandem immanitatem sapient me plane ignorare profiteor. Etenim ænulo morienti, et animam inter acerbissimos cruciatus agenti dipteris, ironiis, sub-sannationibus insultare extremum crudelitatis argumentum apud gentes omnes non modo cultiores, verum etiam barbaras semper habitum est. Concludendum propterea, judicium in causa Christi Jesu et iniquum in se, et illegale in suis formis ac crudele in executione fuisse, prout probandum assumimus.

(a) Cf. inter ceteros impurissimum auctorem lib. *Toledoth Jeschi*, seu generationum Jesu apud Wagenseilium *Tela ignea satanae*.

(b) Op. cit. liv. IV. chap II. Administration de la justice.

Novum vero jam inde exurgere argumentum pro divina Christi missione, ac messiana ipsius dignitate constat ex eo quod adimpta fuerint vaticinia quibus antiqui vates ejusmodi necem Messiae inferendam predixerant Ps. XXI. 17. LXVIII. Dan. IX. 26. Zazar. XII. 10. prout pariter adimpta sunt predictiones scipio iteratae Christi ipsius, qui distincte adjuncta singula ejusdem passionis jampridem patet fecerat Matth. XVI. 21. seqq. XVII. 21. 22. XX. 18. Marc IX. 30. X. 33. Luc. IX. 44. XVII. 51. Hinc, quod consequens est, Judaeorum reprobatio ac per orbem dispersio in poenam reprobati Messiae Luc. XXI. 24. spectari unice debent. Cujus quidem misericordiae captivitatis per XVIII. secula perdurantis testes nos ipsi sumus, ac ita sanguis interficii Servatoris in eorum, qui illum interficerunt caput reddidit, quod sibi ipsi Matth. XXVII. 25. fuerant impetrati.

DIFFICULTATES.

I. Obj. 1. Quamdiu Jesus intra praestitos sibi limites se continuit publici depravatorum morum censoris a nemine molestiam sustinuit; cum vero hos prætergressus est tum quoad religionem tum quoad quietem publicam legum severitatem experiri debuit. 2. Etenim ipse cœpit de se tanquam de Deo loqui; ejus discipuli eadem repetunt, ac rerum exitus evidenter ostendit sic eos sensisse. Jamvero Judaeorum lex morti addicebat eum, qui novitatem in hoc articulo machinatas esset. Sane cum quadam die dixisset Jesus: *Ego de cœlo descendī*; murmurabant Iudei de illo, et dicebant: « Nonne hic est Jesus filius Joseph, cuius nos novimus patrem, et matrem? Quonodo ergo dicit hic: quia de cœlo descendī? » (a) Cum iterum de se loquens dixisset: « Ego et Pater unus sumus, sustulerunt lapides Iudei, ut lapidarent eum, addentes: « de bono opere non lepidamus te, sed de blasphemia, et quia tu homo cum sis facis te ipsum Deum! » (b), atque hoc quidem ex legis prescripto; 3. si enim se prophetam tantum aut inspiratum exhibuisse, omnes eum suspicissent, prout jus publicum ferebat (c) Ergo.

R. Ad 1. N. Imo hæc princeps causa extitit ob quam in ipsum scribæ ac pharisei commoti sunt ac pessime ab ipsis Jesus exceptus est. Invidia enim ac superbia tumidi statim ab ejus predicationis initio cœperunt in singula ejus dicta et facta inquirere, ut, si possent, eum perderent, atque in hoc iniquo consilio eo magis confirmabantur, quo Christi fama in dies augebatur, eorumque vitia liberius increpabat. Cf. Matth. IX. 11. 34. XII. 2. 10. XXI. 46. Marc. III. 6. XII. 12. et alibi passim, quod tamen adversarius dissimulat, atque alto silentio premit.

Ad 2. D. id est cœpit de se tanquam de Dei filio loqui C. de se tanquam de Deo diverso ab eo a quo missus fuerat N. Nam Christus, ita exposcente

(a) Jo : VI. 41.
(b) Ib. X. 30. 55.
(c) Op. et l. c. ch. IV. page 83. seqq.

ipsa rei natura et ordine, cœpit miraculis divinam suam missionem ostendere, deinde suam a Patre originem declarare, et communem cum Patre a quo missus erat naturam. Quin vero ejusmodi doctrinam illico ut impiam ac mosaicis institutionibus contraria Judæi respuerunt, debuissent expendere motiva quibus Jesus suam divinam missionem confirmabat; deinde prona aure debuissent doctrinam ejus excipere eamque cum iis conferre, quæ de proprietatibus ac natura futuri Messiae non obscure tum Moyses tum prophetæ in suis scriptis tradiderant, ac Judæorum recepta traditio ferebat, animo anticipatis judicii vacuo. Hoc sane non pauci neque obscuri nominis homines præstiterunt, Jairus, Nicodemus, Zachæus, Lazarus, Joseph Arimathensis, multi ex principibus viris ac sacerdotali ordine Jo. XI. 42. Act. VI. 7.

Atque hinc responsio patet ad ea quæ adjecit de lege mosaica morti addicente eum qui novitatem circa hunc articulum machinatus esset: ex dictis enim censtat Christum monotheismum constantem prædicasse, damnasse præterea polytheismum atque idolatriam, prout Ecclesia catholica juxta Christi doctrinam monotheismum prædicat ac respuit polytheismum et idolatriam, et si dogmata Trinitatis et Incarnationis profiteatur; ex quo patet ejusmodi articulos apte simul consistere posse, nec unum alteri adversari. Quod si Iudei ad hæc non attendent, precipiti judicio in Christum talia docentem exarserunt, ipsi viderint, ipsi soli extiterunt causa patrati deicidii cuius adhuc peccata luctat. Debuerint enim omnia accurate perpendere atque examinare quæ supra rationis captum credenda ipsis proponebantur, debuissent saltem suspicari arcana aliquod sub tali doctrina latere.

Ad. 3. R. I. Tr. Compertum siquidem est, ac suo loco ostendimus, ex Judæorum historia vix aliquem inter ipsos extitisse prophetam quem persecuti non fuerint nec morti tradiderint, atque eadem ratione statim exceperisse Christum ipso suæ predicationis exordio nuper vidimus. Nec aliter scribæ, pharisei ac sacerdotes exceperunt Joannem Baptistam eti si prophetam tantum ac præcursorum Christi se patefecerit Matth. XI. 16. XXI. 25. seqq. Luc. VII. 30. 35.

R. II. D. Si talis fuisset ipsius missio Tr. si longe sublimior N. Tenebatur enim Jesus ea patet facere ad quæ missus erat, ad complendam nempe legem mosaicam in iis, que portendebat de futuro Messia, ad ingerendam angustiorem de Deo ideam, ad ferventiorem in eum excitandam amorem, ad præbenda validissima motiva detestationis peccatorum, cuiusmodi habentur in mysteriis Trinitatis, Incarnationis ac redemptionis, ad extendendum et amplificandum Dei cultum penes universas gentes aliaque ejusmodi, que expendere adversarius neglexit.

II. Obj. Saltem ut in perturbatorem quietis publicæ in Jesum animadvertere jure Iudei eorumque magi-

stratus potuerunt. 1. Ipse enim dissensiones in populo serebat Jo. VII. 45. Lue. XXIII. 5. 2. Plures homines perdite vita eum sequebantur Matth. IX. 10. Marc. II. 15. Lue. XV. 1. quos ipse quidem ad bonam frugem adducere contendebat, attamen timores ingerebant concilio nationali. 3. Concionibus suis eo magis Jesus ejusmodi homines lovebat, quod anathemata in divites injicceret Matth. XXIII. 13. seqq. 4. In ejusmodi porro rerum statu consilium deliberat; nonnulli censem ipsum eum insanum spectandum Jo. X. 20., alii dicunt eum turbas seducere Jo. VII. 12. Caiphas summus sacerdos ad quem ex officio spectabat legis litteram tueri; animadvertisit ejusmodi dissidia motifum romanis præbitura Judeam opprimendi, ac totius gentis bonum unius homini bono esse præferendum, quare se ipsum ejus accusatorem constituit Jo. XI. 47. 50. Huic tamen judicio comprehensions alias præcesserat edificationis Lue. XX. 1. seqq. Jo. VII. 38. Matth. XXI. 21. cum sibi arrogasset auctoritatem iuri communii contraria. Duplicit præterea criminis incusatus est, religiosi ac politici, atque ob utrumque damnatus (a). Ergo.

R. N. A. Ad 1. prob. N. Sed cum ageretur de homine extraordinario ejus fama longe lateque dissenseretur ob tot præsertim prodigia quæ patrabat, in ejusmodi casu, ut sit, de eo diversa ratione opinabantur Iudei ac disserebant, ob contemptum potissimum et odium quod adversus Jesum ostenderant sacerdotum principes et pharisei quorum hypocrisia detegebatur. Ejusmodi autem dissensiones nullo modo affiebant publicam quietem ut ex loco cit. Joannis evidens est.

Ad 2. N. Ejusmodi homines qui Christum interdum sequebantur timorem injecsisse concilio nationali ac mentitur adversarius, siquidem hujus concepti timoris nullam extat in historia evangelica vestigium. Sed eum repellentur a tumidis pharisei, qui in se considerant tanquam justi, ac respectu balerentur, benignè excipiebant a Christo Jesu, qui in eis totidem insirmos spectabat qui sanatione indigebant, totidem oves deperditas quas ad ovile reducebat, totidem filios quos ut pater amansissimus solabatur, prout parabola ipse declarat ab Iesu prolate ex occasione querelarum quas superbi pharisei movebant benignam ac mitem ejus agendi rationem extempentes. Sane non magistratus, sed pharisei querelabantur de Christo quod virtutem amabilis præ se ferret non autem rodem qualem ipsi ostentabant (b). Ceterum Christus constantem obedienciam legitimæ auctoritati ipsius incusat, Matth. XXIII. 2. humilitatem, patientiam, ceteraque virtutes quæ non minus vernum Dei coltores, quam optimum civem constituent (c).

(a) Ibid. p. 84 seq.
(b) Cf. Matth. XVIII. 12. seqq. Lue. XV. XVIII. 9. seqq.
(c) Matth. XI. 29. V. VI. VII. etc. cf. Bossuet. Politique tirée des propres paroles de l'Ecriture S. liv. I. art. VI. De l'amour de la patrie. II. propos. 4. J.-C. établit par sa doctrine et par ses exemples l'amour que les citoyens doivent avoir pour leur patrie. OEuvres etc. ed. de Liège 1767. tom. VIII. p. 346. seqq.

PAROYE. I.

Ad 3. N. Sed anathemata ad quæ adversarius provocat Matth. XXIII. 13. non in divites, sed in scribas et phariseos protulit, qui abentes favore quo apud plebem fruebantur fucata exterioris austoritatis specie eamdem ad extremam perniciem ducebant. Quod si alicubi in divites aliquot avaros invehitur, cum aliis comiter agit eorumque fidem extollit, atque commendat (a). Propterea non conditionem, sed mores carpit, ut longe acerius præstiterunt antiqui prophetae (b).

Ad 4. N. Nam non his de causis consilium delibera, sed eo quod Christus Lazarum e mortuis excitaverit, multique propterea in eum erederent. Vix enim ad phariseorum et pontificum notitiam pervenit ejusmodi prodigium ut confessim concilio coacto dixerint: « Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? » (c)? Ea veram causam propter quam pharisei decreverunt ejus mortem. Falsa igitur est adversarii assertio, sed falsa præterea sunt, quæ huic intinxit; nempe in concilio, ut ipse insinuat, aliquot Jesum ut in annum traduxisse, aliosque dixisse quod turbas seduceret. Hæc enim nonnulli tantum de turba in diuersis plane rerum adjunctis protulerant Jo. X. 20. VII. 12.

Sed falsum insuper est Caiphas ab ejusmodi dissidiis adductum fuisse ut se Jesu accusatorem constitueret. Etenim loco cit. nec verbum de dissensionibus est aut de periculo ab iis instanti toti geati Judæorum, sed cum pharisei ac sacerdotes dixissent: « Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: et venient romani, et tollent nostrum locum et gentem » (d); Caiphas in horum dictorum confirmationem addidit: « Vos nescitis quidquam nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriat homo pro populo, et non tota gens pereat » (e); quibus verbis, quin ipse sciret aut suspicaretur, Caiphas prophetiam edidit, sed contrario emano sensu ab eo quo ipse verba protulerat, ut patescit eventus. Quare non se Christi accusatorem constituit, ut automat Salvador, sed acetorem præceptum se constituit intersectionis Christi. Etenim « Ab illo die, ut addit. S. Joannes, cogitaverunt ut interficerent eum » (f). Itaque adversari nostri assertio mendaciorum est ac falsitatum congeries, quæ male cause patrocinatorem pessimum patefecit.

Ad 5. N. Neutrum enim judicium institutum fuit, captiæ scilicet et admonitionis. Non primum, quia ut patet ex dictis, non actum est in illo concilio de quipiam judicio, sed de conspiratione in Christum. Iesum ob tot signa quæ patrabat, in qua sacerdotes illi maliciasti, invidie, et odio inveterato, quo adversus Iesum exspectabant, culmen peruerunt (g); eo magis

(a) Matth. VIII. 5-15. Lue. VII. 1. seqq. XI. 2-10. Jo. II. 1-21. IV. 46. seqq. alii.

(b) Is. V. 8. XXXII. 9. Jerem. XV. 13. Amos. VI. 1. VIII. 4. Hab. II. 5. etc.

(c) Jo. XI. 47.

(d) Ibid. 48.

(e) Ib. 49. 50.

(f) Ib. 55.

(g) Jo. XII. 10. 10.

Trente-deux.

quod consilium fecerunt ut Iesum dolo lenirent et occidere (a). Improba plane malitia et nequitia qua sibi non minus, quam universæ genti extremam perniciem conciverunt! Sed neque judicium *admonitionis* præcessit, nam Luc. XX. 1. perhibentur principes sacerdotum et scribæ cum senioribus a Iesu seiscitantes unde acceperit potestatem docendi et ea patrandi que faciebat, seu argumenta sue missio-
nis, quos Christus ad silentium adegit proposita questione de Joannis Baptista missione; verum ne-
que ibi, neque alibi uspiam ullius admonitionis oc-
currit mentio. In aliis vero locis ab adversario addu-
ctis agitur de potestate miraculorum edendorum
quam sibi Christus attribuit ac in se creditibus pro-
mittit in aliis prorsus temporis, loci, ac personarum
adjunctis; bæc cum judicio, quod vocatur *admonitionis*, quid tandem commune habeant, plane non
video.

Ad 6. D. Accusatus absque tabulis ac testibus C.
damnatus N. Utroque hoc erimine tanquam pretextu
ac pallio usi sunt pharisæi ac sacerdotes ad juridice
cohonestandum finem quem sibi proposuerant, ut pat-
ter ex toto processu. Attamen non sibi constiterunt;
nam prius accusarunt Jesum de crimine politico;
quam quidem deinceps accusationem deserentes in-
tentarunt accusationem de crimine religioso; verum
et hanc pariter dimittentes iterum sc reecepérunt ad
crimen politicum Jo. XVIII. XIX. Princeps autem sa-
cerdotum in privato conventu non criminis politici,
sed criminis tantum religiosi reum esse Jesum decla-
ravit Matth. XXVI. 65. Ob neutrum tamen crimen
damnatus est; non quidem ob crimen religionis quod
parvipendit Pilatus; non ob crimen politicum in quo
innocens iterum iterumque declaratus est ab eo ad
quem spectabat de tali crimine cognoscere, nempe a
provincie præside, qui nonnisi clamoribus, minis,
tumultu Iudaeorum perterritus eorum cessit voluntati,
sic Deo providente, ut Christi accusatorum et
hostium livor, malitia et hypocrisis in prolapso po-

III. Obj. 4. Sacerdotes et seniores se ad suppli-
cii locum contulerunt ; quoniam vero sententia huic
facto innitebatur , quod nempe Jesus illegaliter sibi
titulum filii Dei , imo et Dei ipsius arrogasset , sic
ipsum interpellabant : « Alios salvos fecit , se ipsum
non potest salvum facere : si Rex Israel est descendant
nunc de cruce , et credimus ei : confidit in Deo , libe-
rat nos , si noluimus : dicit enim : quis filium Dei

(c) Matth. XXVI. 31. Marc. XIV. 1.

(a) Matin. XXVI. 24. Marc. XIV. 1.
(b) Cf. Jahn. Archael. biblica §. 246. ubi et ipse ostendit quae Talmudici in Sanhedrin IV, statuant circa judiciorum tempus, formam etc. omnia in tumultuario de Jesu iudicio neglecta fuisse. Sed juvat percurrere conditiones et formas judiciales (*proceduram nunc vulgo nominant*), quas circa testes et rationem judicandi in foro iudeo exhibet Sanhedrin tam in judiciis pecuniariorum, quam in judiciis capitalibus c. IV. et V. easq. comparare cum historia evangelica, ut evidenter omnibus constet eas in iudicio Jesu non solum neglectas, sed plane concutulas fuisse. Exstat porro tractatus de Synedris in Thesaurus Ugolini tom. XXX. capp. cit. pag. 98. seqq.

sum, Matih. XXVII. 42. Juxta evangeliam ejusmodi verba præ se cerebant illusionem et contemptum; ast personarum, quæ illa proferebant natura, dignitas, aetas, ordo quem in Christi judicio secuti fuerant evincent bonam ipsorum fidem, 2. Miraculum ea ipsa hora nonne decisivum fuisset (a)? 3. Non proprie Judæi sed vaticinia Christum interfecerunt: Jesus sc̄epe prædixerat mortem suam; hinc sive Judæi eum interfecissent, sive non, semper deicida fuissent. Etenim eum occidendo fuissent deicida, ut patet, non interficiendo tanto magis deicida fuissent, falsitatis arguendo ipsius vaticinia (b). Ergo.

ut saepe monimus, quo ipsi nisi sunt ad Christum
sub specie legali condemnandum. Ex his recte col-
ligitur in verbis relatis veram subsauvnationem, irri-
sionem, ironiam denique amarulentam contineri,
quam et factis ostenderunt, moventes capita sua, ei
dientes ad alterutrum, cum scribis : t alios salvos
fecit etc. , in quo concordes sunt tres evangelistæ
qui sacerdotum verba referunt (c) ; quos propterea
si adversarius adducit pro se, debet pariter recipere
testantes contra se. Adde et in hac agendi et loquen-
ti ratione, etsi non adverterent, ad verbum omnino
eos adimplevisse prophetiam quam longe ante protul-
erat David Ps. XXI. 8. 9. Quid propterea contra facta
possunt conjecturæ ex dignitate, gradu etc. deduc-
ctæ, cum cupiditate obsecrati hi Christi hostes omnes
fines transilierint, ut patet ex tota serie rerum gesta-
rum ?

que Christi mortem aut comitata sunt aut subsecuta, solis videlicet obtenebrationem, terrae concussionem, veli discessionem (d); denique quod caput est, gloriosam ipsius a mortuis resurrectionem post triduum, de qua suo loco egimus (e).

Ad 3. R. dedecere ejusmodi argutiam in re tanti momenti, eamque non prodere nisi stultitiam eorum incredulorum qui se philosophos jactant. Vaticinia enim logice, ut aiunt, sive ordine vel ratione subsequuntur liberam hominum deliberationem, ut suo loco monimus (f), qua ordine ac ratione anterior est ipsa prævisione ejus objectum est, ac proinde prædictione. Adeo miseri sunt increduli dum adversus religionem Christianam pugnant! Ut erim ex-

(a) Salvador. ib. p. 87. seq.

(b) Ib. p. 85. note.

(c) Matth. XXVII. 59-61. Marc. XV. 29-31. Luc. XXVIII. 5-6.

XXXI. 55.

(8) Math. XXVII. 45. 51. seqq. Marc. XV. 35. 37.
Luc. XXIII. 44. 45.

(c) Tract. de Vera relig. P. I. cap. IV. prop. I.

(1) Tract. de Deo , pag. 412 et 413 ad 4.

hucusque disputatis compertum sit eo adiunguntur ut
vel aperte mentiantur, vel veris falsa commisceant,
vel denique ad securilia descendant (a).

CONCLUSIO.

Quæ cum ita se habeant juverit paucis perstringere,
quæ fusiori calamo tum adversus Judæos, tum adver-
sus biblicos et incredulos prosecuti sumus, ut argu-
mentorum nexus appareat ex quo exurgit instituta
demonstratio de adventu ac persona Messie.

Ex dictis igitur certum est 1. Messiam aliquem vel ab ipso mundi exordio humano generi a Deo fuisse promissum; Dei promissiones successu temporis ita fuisse sapienter iteratas, ut, quo magis promissionum implendarum tempus instabat, eo illustriores fuerint; fidem in venturum hunc Liberatorem quavis aetate plus minus viginasse penes omnes gentes, praesertim vero penes israeliticum populum quem Deus constituit harum promissionum depositarium atque custodem. 2. Promissi hujus Messiae determinata in scripturis munia et characteres, atque adeo epocham ipsam adventus ejus quin retardari posset. 3. Messiam propterea hunc peculiare esse determinatumque individuum. 4. Elapsas esse epochas omnes promissi Messiae, completaque omnia, quae ab eodem gerenda erant, neque haec suo tempore praestitisse nisi unum Jesum Nazarenum in quem omnia quadrant prophetarum vaticinia, epochae, characteres et cetera, quae aut præcedere aut comitari aut subsequi adventum Messiae debebant, et in eo complenda erant, ideoque 5. Messiam advenisse neque hunc claram esse ostendat, vocant personales, circa originem, nativitatem, vita rationem, passionem, violentam necem sustinendam, gloriam inde subsecutaram una cum consecratiis quae ab iis dependent. Alia denique habent vaticinia, quae, spectatis politicis rerum eventibus, impossibile efficitur Judæis ostendere in alio quopiam ea jam adimpleta esse, seu unquam adimplenda. Nam ex omnium veterum consensu juxta prophetias ex tribu Iuda ac præcise ex familia David descendere debet seu nasci promissus Messias; jam vero ita omnem censem tribuum et familiarum post universalem dispersionem Judæi amiserunt, atque ita tribus omnes ac familie permixte sunt, ut nequacum omnino determinare ad quamnam tribum, multo minus ad quam familiam quispiam pertineat. Posteri autem David a Romanis ita omnes sunt deleti, ut nemo superstes evaserit (a). Patet proinde non solum nullam superesse posse Judæis spem futuri Messiae, sed omnem his ademptam, ac pœculasiam viam esse ad alium præter Jesum Nazarenum agnoscendum.

5. Messiam advenisse neque hunc alium esse aut esse posse nisi Jesum , prout nobis demonstrandum proposuimus.

Ex his autem non modo adversus Hebreos colligitur inani ipsos ac fallaci prorsus spē duei dum adhuc prestolantur venturum cum qui jadu venit , verum etiam eo adductos esse ut absoluta impotentia detineantur ostendendi alium quempiam preter Jesum esse Messiam . Eius enim natura erat plena

Atque hinc novum exurgit pro veritate religionis christianæ ejusque divina origine argumentum . Si quis enim secum animo reputet admirabilem plane divinæ providentiae dispositionem erga singulariter hunc populum , factorum seriem ac vicissitudines , quas eadem gens subiit sive ante sive post Christi adventum , easque comparet cum vaticiniis in quibus haec omnia prænuntiata sunt , non poterit quin agno-

(a) Cf. Opuscule, cui tit. *Jésus devant Caïphe et Pilate*, Réfutation du chapitre de M. Salvador, intitulé *Jugement et condamnation de Jésus*. Par M. Dupin ainé. Paris. 1828.

(a) Cf. W. Schlikardi *Jus regium Iudeor.* problema XX. apud Igolzini in Thes. p. 794.

TRACTATUS DE INCARNATIONE.

Pars Posterior

ADVERSUS HÆKETICOS

Christologia Christianorum, ut vocant, comple-
ctitur germanam Dominice Incarnationis mysterii
doctrinam, quam veteres passim ~~claras~~ etatas econtra
aut dispensationem nominant. Definiri autem solet
Incarnatio: assumptio naturae humanae a Verbo divi-
no facta in unitate personae ad humanum genus redi-
mendum. Christus vero est ipsum Dei Verbum homo
factum.

Ex qua definitione deprehendimus ad adstruendam plenam Dominice incarnationis doctrinam a nobis exigi ut vindicemus 1. in Christo naturam divinam; 2. naturam humanam; 3. unitatem, seu unionem ambarum naturarum in una Divina Verbi persona; 4. integritatem utriusque naturae post unionem; 5. utriusque pariter naturae operationem et voluntatem; 6. idiomatum, ut vocant, communionem, theandri-